


43885



268



21
20

CARMINA GRATVLATORIA
SCRIPTA
HONORI MAXIME REVERENDI ATQVE
EXCELLENTISSIMI VIRI,

DN. ERNESTI BAKII,
ad D. Iohannis pastoris, venerandi Mi-
nisterii Magdeburgensis Senioris, Licafterii Ma-
trimonialis Assessoris, Scholæq; Inspectoris,
cum in Alma V Vittebergensi Academia
Summus in Theologia Gradus ei
Concederetur

àb
*Amico et plerisq; Collegis Gymnasij Magde-
burgensis.*



MAGDEBURGI
STANNO MULLERIANO EXPRESSA.

CARMINA GRATULATORIA
SCRIPTA
HONORI MAXIME REVERENDI ATQUE
EXCELLENTISSIMI VIRI

DR. ERNESTI BAKII

ad D. Johannis pastoris, venerandi Mi-
nisterii Magdaburgensis Senioris, Pastoris Ma-
ximilianis Alstedis, Scholae Inspectoris
cum in Alma Vitebergensi Academia
Summus in Theologiae Gradus
Conceditur

Ab Anno septimo Collegii Generalis Magda-
burgensis.



MAAGDABURGI
STATVS UNIVERSITATIS





Audeat mecum sacer Ordo. Namq;
Magdeburgensis BAKIUS profundè
Doctus en Doctor novus, & novellus
Presbyter audit!
Vivat in Nato Genitor, feratq;
Centuplas fruges! veniens ut inde
Mentibus moëstis requies JOHANNIS

Crescat in æde.

Sic reflorescent Genitoris ossa,
Sicq; clarescet Genitus per ora,
Plausibus multis, quod ei precabor

Pectore toto

M. Andr. Westphalus past.
Löderburg. sub Reveren-
diss. Capitulo Magde-
burg.

Quæ nunc *Iohannea domus* Sacri
Evangelista gaudia Concipit:
Quam gestit & gens *Bakiana*?
Parthenopyrga legit Coronam.
Doctor creatur Theologiae novus,
Antiquiori *Bakiade* fatus

Estir-

E stirpe Clarâ: *VVittebergæ*
Eusebie satis eruditus
Taudes, honorum fert *Patriæ* decus,
Cui turris assurgit nova faxea.
Nec nomen unquam *Bakiannum*
Excidet ore animoque plebis.
Gradus *Jehovæ* laudibus accidat,
Coetu salutis *Christicolûm* fiet:
Notusque Doctor vivat ævo
Salvus & in columis perenni!

Viro maximè Rev. Amplissimo, Excellen-
tissimoq; Dn. Ernesto Bakio, S. S. The-
ologiae Licentiato, ad D. Johannis Pa-
stori, plur: Reverendi Ministry Se-
niori, Judicii matrimonialis atq; Ec-
cles: Assessori & Scholarchæ gravissi-
mo, Patrono ac fautori suo ætatem co-
lendo, honores Doctorales hisce gra-
tulari debuit, voluit

I. Chenius. G. M. S. C.

Summæ laudis opus sequier vestigia gnatum
Patris, cum primis si bene strata via est.
Caucasum montem jam dudum fama parentis
Transcendit, ceunos plurima scripta docent;
Quæ volitant passim per doctorum ora virorum,
Quæque suas laudes, cunctaque puncta, ferunt.
Hæc

Hæc igitur quoniam *sequeris vestigia Patris,*
Nil dubita astra super laude veheris anu.
Mortuus in vivo Genitor sic ipse virefcit
Gnato, hinc est felix gnatus & ipse parens.
Tu merito BAKI ter diceris esse *beatus,*
Pastor es in templo, Inspector es atque Scholæ :
Jamque novos iterum sumis DOCTORIS honores,
Theologies quando scandis ad altum apicem.
Hos merito meritos *Tibi DOCTOR,* grator honores,
O tua trans mundum fama novella volet!
Leucorin interea quando meditaris; JÖVA
Te jubeat salvas ire, redire, vias.
Quosque Tibi placuit nobis ostendere vultus
Hactenus, hos placidos conspiciamus, age!

*Ita novos honores Doctores
Dn. Seniori gratulari ex animo
voluit*

JOHANN ADAM MIRVS.

Gloria virtutem sequitur sic, corpus ut umbra;
Qui benè vixit, eum nomen honosque ma-
nent.

BAKIVS excultus studio est, curaque parentis
Audiit insignes orbis ab arte viros.
Illi post Sophiam coelestia sacra placebant,
Inque suum Eusebie sancta trahebat opus.

Hinc

Hinc caput illius jam fulva tiara coronat,
Ac ornat doctam splendida gemma manum.
Hos, Patrone, tibi Doctoris grator honores,
Queis dignus patrio nomine, laude cluis.

*Hac paucula apponebat gratu-
labundus*

JOHANN ANDREAS FREYLICIVS.

Estque meum celebrare tuos jam carmine
honores,
Vir magne, atq; animo gaudia ferre meo.
Suggestat omnipotens, autorque datorque bo-
norum

Cœptibus hisce tuis prospera quæq; DEUS.
Adversante illo frustra est labor omnis in orbe;
Dante illo fructus colligis innumeros.

quod gratulabundus precatur

JOHANNES SCFFLERUS

Cantor.

Expediam brevibus; jamdudum nomine
dignus
DOCTORIS BAKIUS, Pastor in æde DEI.
Hosce novos igitur DOCTORI grator honores,
Faxit löva potens ut bene cedat honos.

Est

Est DOCTOR, SENIOR, Ludi nostriq; SCHOLARCHA,
Hinc triplex BAKIUS nomen honoris habet.
Ah nimium felix! es terque quaterque beatus,
Quādo tuum nomē nunc super astra volat.
Te Deus incolumem, nobis pub'icæque saluti.
Conservet, novus & jam tibi profit honos.
Ac ex te carpat multos Ecclesia fructus,
Hocce fiet voti summa caputque mei!

Hiscē paucis de novis Honoribus

Dn. Doctōri gratulari voluit

CONRADVS Baumgarten.

Sic, Vir magne, legis magni vestigia Patris,
Theilogiæque sacrae summa brabea capis?
Novimus hîc Patrem, Doctorem nomine clarum
Atque cathedrali præsulem in Æde sacra,
Cernimus & Gnatum sacri Ordinis hîc Seniore,
Exornat cujus nunc diadema caput.
O! quantum decus est, claros habuisse parentes:
Ast decus, his gnatos esse in honore pares.
Gratulor ergo Tibi, summum venerande Patrone.
Et bona sincero pectore cuncta precor.

*hoc quaecunque addere debebat,
volebat*

GEORG. MATTHÆI,
Urbs

U Rbs eadem (1.) nos, quæ rapidis Muldæ adjacet undis
 Progenit: Messisq; eadem sub luminis auras
 Olim produxit; (2.) nullis ambagibus utar,
 Quandoq; videm res ipsa Tibi notissima, BAKI.
 Nos iterum urbs eadem junxit, quâ labitur Albis,
 MAGDBURGVM, diversa, sit, statione fruamur.
 Edis JOANNIS *Pastor Primarius* audis,
 Atq; *Ministry Senior* vocitare reverendi,
 Nec minus incumbit nostri Tî, Inspectio Ludi.
 Quas spartas omnes dextre & feliciter ornas,
 Ast Ego (sic voluit rerum qui flectit habenas.)
 Pulvere defudo in Scholico, quando imbuo mentes
 Ignaras rerum, ut maturo tempore fructus
 Ferre suos possint, profint hominiq; DEOq;
 Interea votum, devoto pectore promptum,
 Quod *Civis*, quodq; *equalis* fert, accipe votum,
 Quod vasti spectat Numen pomœria mundi,
 Hisce tuis noviter benedicat honoribus opto;
 Vatis & Eliæ duplicem Tibi conferat auram,
 Ut possis multas animas injungere Cœlo.
 Te, vero Doctor, dum terris jungimur, oro,
 Ut capiat Temet nequaquam oblivio nostri;
 Sed semper, (quod sinceri & constantis amici est,)
 In nos antiqui radios deflectito amoris!
 Faxit IOVA, sicut voti sententia compos.

*Hoc, quicquid est, Pl. Rever. Domino Seniori
 & novo Doctori Patrono sue nunquam
 non colendo, addere voluit gratulabun-
 dus.*

(1.) Grimma (2.) Anno 1633.

Sigismundus Schmid.

Nr 332

ULB Halle

3

001 594 656



TA → OL



Retro: Stk. 39 - 42 unvollst.,
nicht in PICA

V077





21

ORATVLA TORIA
SCRIPTA
REVERENDI ATQVE
NTISSIMI VIRI,

STI BAKIL,
storis, venerandi Mi-
tis Senioris, Licafterii Ma-
s, Scholæq; Inspectoris,
ittebergenfi Academia
heologia Gradus ei
ederetur

àb
ollegis Gymnasij Magde-
rgensis.



DEBURGI
LERIANO EXPRESSA.

